o *Quam propria confeſſio.*] Adde Dec in l. Nihil conſenſui, §. Non capitur, num.4.ff.de reg.iur.& eſt ratio; quia minor ſatis dicitur læſus ex ipſa confeſſione. Alciat. tract. de præſumpt. reg. prima, præſumptione, 42 & ibidem Arelat. in Addit. in verbo quæſtiones, Bod. in titul. ſi aduerſus rem Iud. reſtitut. poſtul. numer. 23. *Drogh.*

p *Contra illam comm. opin.*] Farin. ſupra num. 384. & 388. *Roſ.*

q *Verſ. vlterius etiã.*] Vide etiam Grammat. voto 14. qui loquitur in latrone. *Roſ.*

r *Poſtquã eſt effectus maior.*] Plaza d. cap. 32. numer. 10. circa fin. Farinac. dicta quæſtione 62. num. 162. *Roſ.*

ſ *Senectus excuſet.*] Adde & uide per Iacob. Menoch de arbitr. iudic. lib. 2. centur. 4. caſu 329. num 20. qui num. 21. retulit quandam Platonis legem, vide etiam Duen. reg. 250. in 6. ampia. cum ſeq. *Giach.*

Senectus excuſet.) Ad-
27 de † Gomeſ. in cap. 1. de delict. nume. 68. vbi pulchram facit diſtinctionẽ, quam etiam facit Plaz. in d. cap. 32. numer. 13. ubi allegat. vide etiam Menoch. de arbitr. caſu 329. numer. 20. & Tiraquell. de pœn. temper. cauſ. 8.

28 & † quando quis dicatur ſenex, remittitur arbitrio iudicis, vbi ſenectus non reperiatur à iure determinata. Menoc. de arbit. caſu 59 & Duenn. regul. 250. ampl. 6. ſed qui ſenes qui decrepiti, quando torqueri poſſunt latè dictũ eſt infra q. 64. numer. 69. *Baiard.*

t *Et hæc eſt.*] Farin. d. quæſt. 4. & q. 92. num 22. & ſeq. *Roſ.*

u *Furor excuſet.*] Sed qua pęna furioſus delinquens puniatur, declaratum vide per Iacob. Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. centu. 4. caſu 305. Et quid de mentecapto, uide per Duenn. eadem reg. verſ. amplia. nona *Giach.*

Furor excuſet.] Furor enim in delictis excuſat; Tiraqu. de pœn. temper. cauſ. 1. num. 2 & 3. & ferè per totam cauſam, quę ſcripta eſt ſuper hac infirmitate, & malo.

29 Item † adde, quod ſi delictum fuerit commiſſum ab eo, qui habet dilucida interualla, in dubio præſumitur deliquiſſe tempore furoris. Foller. in pract. crim. in verb. recipiantur defenſiones reorum, num. 34. niſi probaretur, quòd tempore dilucidi interualli deliquiſſet.

tio, o quam propria confeſſio, ſecundum Bald. in leg. vnica, numer. 60. C. de confeſſis, cuius opin. dicit eſſe communẽ Ant. Gomeſ. cap. 1. delictorum, numer. 66. referens ſe ita vidiſſe de facto in oppido Talabricæ, (vnde ſe dicit oriundum) in quodam minorem, qui fuit captus pro enormi delicto contra naturã præcedentibus indicijs, & ſponte confeſſus fuit delictum: nam petita per eius aduocatum reſtitutione, tandem dicit, habito conſilio, & deliberatione, illam fuiſſe conceſſam per iudicem, & illum minorem fuiſſe abſolutũ. Certe apud nos non obtinuiſſet ille minor huiuſmodi reſtitutionem, præſertim in tam graui crimine: & ita ſubdit ipſemet Anton. quòd & ipſe iudicaret p contra illam communem opi. & quòd conſuluit Theologos probatæ vitæ, & conſcientiæ, qui fuerunt in eadem opin. contra communem, quam q ego ſequerer in iudicando: & ita apud nos ſemper vidi obſeruari, Faciunt quæ dixi ſupra q. 55. verſic. Vlterius etiam.

4 *Sed nunquid minor delinquens in minori ætate poterit de tali delicto puniri, poſtquam r eſt effectus maior? Reſpond. quòd quando agitur de delicto, pro quo non poterat puniri durante minori ætate, neque etiam poteſt puniri, poſtquam peruenit ad maiorẽ ætatem, & ita colligi videtur ex gloſſ. in l. ſciant cuncti, in verbo, Moritur, C. de leg. hęred. quam ſequuntur Doct. vt dicit Marſ. in d. l. infans, num. 13. ff. ad l. Cornel. de Sicar. & in l. de minore in princ. num. 40. ff. de quęſt. de qua tamen gloſ. ego latius dixi ſupra lib. 2. §. Tutor.*

5 *Succeſſiuè quæro, nunquid in delictis ſ Senectus excuſet. Reſp. quod nõ, vt ſcilicet omnino pœnam euadat, ſed bene quo ad hoc, vt mitius puniatur. Ita dicit glo. in l. ſere in omnibus, in glo. vnica, circa princ. ff. de reg. iur. & t hæc eſt frequentiori calculo recepta ſententia, vt dicit Plaza in d. cap. 32. numer. 13. in fin. quam tamen ego nunquam vidi in practica obſeruari in leuibus delictis. Et ideo Senatus iuſſit fuſtigari quendã furem ſenem appellatum Antonium de Cumis, 4. Ianuarij 1547. tunquam quod ex ætate videretur in furtis inueteraſſe.*

7 *Item quæro, nunquid in delictis u furor excuſet. Reſpon. Aut delinquens tempore commiſſi criminis erat furioſus, & non poteſt propter illud puniri. tex. eſt in d. leg. infans, ff. ad leg. Cornel. de ſicar. & eſt frequentiori Doctorum calculo approbata ſententia, vt dicit Plaza lib. 1. delict. cap. 29. nume. 1. Ignorat enim furioſus quidquid facit, proteaque ſatis furore ſuo punitur: & x ita ſeruauit Senatus in Philippo Nicola, qui proprium filium, quem vnicum habebat, interfecit: iuſſit enim illũ abſolui. 9. Iul. 1543 Sic etiam quẽdam Iac. Ferrariæ, quæ puellam quandã trimam baculo interfecerat, comperto quòd laborabat atra bile, & quòd aliàs vti mente capta cuſtodita fuerat in hoſpitali S. Vincentij, fuit abſoluta & ad ipſum hoſpitale iterum tranſmiſſa, 24. Fab. 1454. A. C. Contrarium y tamen refert Igneus in l. 3. §. ignoſcitur, numer. 82. ff. ad Sylle. iudicatum fuiſſe Pariſius in quodam mente capto, qui in aula regalis Palatij quendã Vngarum interfecerat, qui biduo ante illum alapa percuſſerat, & fuit ad mortẽ condemnatus: quod ego non laudo. Refert etiam Ant. Gomeſ. cap. 1. delictor.*

Angel. de Maleſ. in verſo. ſcienter, & doloſe. Alex. conſ. 141. vol. 1. Barb conſ. 46. Fulgoſ. conſ. 212. Tiraq. vbi ſupra cauſ. 3. num. 1. 2. 3. & 4. vbi ait mitius puniri; contrarium tamen partem, quod corporaliter puniri poſſit, multi tenuere, quos recenſet num. 5. & 6. prima tamen verior, & ſequenda in iudicando, & conſulendo ibi; numero ſexto, ſed quid, ſi proceſſus fuit inchoatus ante furorem, & quid ſi poſt, vide ibi numero ſeptimo, Guliem. Benedict. in repet. capit. Raynutius in verbo, adecti impuberi, numer. ſeptuageſimoquinto, cum

30 ſequenti, & ibi, † quando probetur furor, & pleniſſimè quomodo probari poſſit, habetur per Maſcard. in tractat. de probat. concluſ. 826. & 827. & in concluſ. 825. habe-

31 tur, † an is, qui ſemel fuerit furioſus, ſemper præſumatur furioſus, & quomodo probetur furor, uide etiam Fab. de Monteleone in praxi arbitrar. parte prima folio 20. numero 18.

w Poſtea accidens, quod ille, qui olim fuit furioſus, hodie furioſus præſumitur, ſi probaretur per aliquod tempus continuatum fuiſſe furioſum; alias ſi probaretur de aliquib. actib. particularibus ſtultitiæ olim factis, non præſumeretur hodiè furioſus: vel ſi probaretur de aliquo tempore ſapien, vt quia haberet aliqua dilucida interualla, nam tunc in dubio iudicamus eum ſtultum, uel ſapientem ſecundum naturam actus ab eo geſti, ut per Bald. in capitulo primo, per quos fiat inueſtit. & Ancbar. in Clement. ſi furioſus de homicid. & Alciat. de præſumpt. regula ſecunda, præſumptione decimaoctaua, idem tradit Couarr. in quarta decretal. capitul. 2. parte ſecunda, numero ſexto, ubi dixit, quod furor non præſumitur, & quomodo probetur, & ad hanc quæſtionem quando furioſus delictum committit, vide etiam Gomeſ. de delictis, capitulo primo, num. 70. *Baiard.*

x *Ita ſeruauit Senatus.*] Farinac. 4. volumine quæſtione 94. numero primo, & ſequentibus, & præcipuè 27. & quomodo probetur furor, numero quadrageſimo, & ſeqq. *Roſſ.*

y *Contrarium tamen.*] Farinac dicto numero primo, *Roſ.*

Et

num. 72. quod Sereniſſima Regina Caſtellæ fecit puniri quẽdam furioſum, qui intulit vulnus Sereniſſimo Regi Ferdinando eius marito, quod quidem propter regalis perſonæ excellentiam potuit iuſtũ videri. Aut vero tempore delicti erat ſanæ mentis, & poſtea effectus eſt furioſus, & neque etiam hoc caſu poteſt puniri de ijs, quæ ante furorem perpetrauit. Ita tenet Bald. in l. furioſum. circa fi. C. qui teſtem. facere poſſ. & eſt communis opin. vt atteſtatur Iaſ. in d. l. furioſum, numer. 8. & in l. ex facto, poſt num. 30. ff de vulg. & in l. ſi ſeruum, numer. 7. ff. ſi ex noxali cauſa agat. quẽ refert Gomeſ. Arias ſuper l. 45. Tauri, numer. 2. Ripa in d. l. ex facto, num. 73. & in l. fin. numer. 229. C. de reuoc. donat. quẽ refert Viuius in libro communium opin. in verbo, Furioſus occidens, Gomeſ. in §. item ſi quis in fraudem, poſt numerum 6. Inſtit. de actio. Marſ. in l. 1. num. 58. ff. ad l. Cornel. de ſicar. Igneus in d. l. 3. §. ignoſcitur, poſt numerum 74. Didacus in repet. clem. ſi furioſus fol. 316. numero ſecundo. Pract. Carrer fol. 365. numero decimoquarto, Cagnol. in l. in negotijs, numero tertio, ff. de regul. iur. Menchiaca controuerſ. illuſt. cap. 96. numer. 31. Duennas regula 259. Apoſtil. ad Dec. in d. l. in negotijs, ſub numero tertio, Plaza in d. cap. 29. numero primo, & num. ſeptimo, Apoſtil. ad Roman. in d. l. furioſum, in fin. & ita ſe in facti contingentia iudicaſſe atteſtatur Guliel. de Benedict. in ſecunda parte capit. Raynutius, fol 45. numero 25. in fin. & ita ſeruatum fuit in quodam fure de Andrea de Aurificib. qui poſtquam fuerat ex cauſa detentus, videbatur inſanire. Reſcripſit enim Senatus Prætori Leuci, vt diligenter animaduerteret, nę inſania eſſet procurata: quod ſi eſſet vera, illum dimittet, 21. Nouemb. 1556. P. N. Hoc tamen intellige, vt procedat, quantum ad hoc, vt puniri poſſit pœna ordinaria, ſed bene debet puniri pęna extraordinaria arbitrio iudicis, ſecundum a Bald. in loco præallegat. vbi dicit, quòd patitur annotationem bonorum: cuius opin. per Doctor. communiter comprobatur, vt ait Nouel. in tractat. ad defenſam. fol. 29. numero 40. ſubdens ita plures fuiſſe iudicatum: Et reperio, quòd quidam Anton. Maria Saezarius, qui in teſtimonio in cauſa criminal perhibito variauerat, fuit iuſſus fuſtigari, non obſtante allegata inſania. Mihi quidem placet b opin. Bald. quo ad hoc vt talis furioſus non puniatur pęna mortis, ſed non placet, quod non puniatur pœna aliqua extraordinaria, neque pecuniaria, neque corporali, niſi furor ſuperueniſſet iam perfecto proceſſu ſuarum defenſionum: aliàs autem diceretur indefenſus condemnari, ex quo ſemper furioſus pro abſente habetur. Et licet ex ſtatutis Italiæ poſſit abſens cõdemnari etiam ad mortem, vt ſupra ſæpius dixi, illud eſt, quia abſens à ſtatuto habetur non modo pro præſente, ſed durante contumacia habetur etiam pro confitente c & conuicto: quod non poteſt cadere d in furioſum, qui cum ſit extra mentem, non poteſt dici neque confeſſus, neque conuictus, etiam eſſet præſens. Faciunt quæ dixi ſupra lib. 3. §. Teſtamentum, quæſt. 41. verſ. ſed pone.

8 *Sed quęro, quid ſi iſte delinquens perſeuerauerit ſanæ mentis vſque ad ſententiam incluſiue, & deinde poſt condemnationem effectus ſit furioſus, nunquid poterit contra eum fieri executio ipſius condemnationis? Reſpond. quòd non: eſt communis opin. vt dicit Menchiaca controu. illuſt. cap. 9. poſt num. 9. Plaz. in d. cap. 29. num. 7. quæ mihi etiam placet, quo ad hoc, vt ei pęna corporalis non ſit infligenda, ſed quo ad condemnationem bonorum, crederem propter furorem ſuperuenientem non debere impediri eius executionem.*

9 *Et etiam ira breuis furor: quæro igitur, nunquid in delictis excuſet. Reſpond. Aliqui ſimpliciter dicunt, quòd factum per calorem iracundiæ non eſt punibile, & ait Iaſon. in l. ſi duo patroni, §. ſi quis iureuerit il primo, poſt numerum primum, ff. de iureiur. quòd ita ſolet communiter dici, vel ſaltem (ſedundum omnes) mitius pu-*

z *Et poſtea effectus eſt furioſus.*] Adde Apoſtil. ad Dec. littera B. in l. in negotijs, ff. de reg. iur. vbi loquitur de quodã aſtuto Iudice, qui reum damnatum, & ſimulantem ſtultitiam ad euitandam mortem miro modo manifeſtauit; eſt autem hic caſus, in quo non attenditur ſtatus temporis delicti, de quo contrarium notatur ſupra quæſt. 36. verſicul. ſed pone, & ibi dixi. *Drogh.*

a *Secundum Bald. in loco præallegato.*] Adde
32 ad hoc † videndum Menoch. de arbitr. iudic. caſ. 325. & Duen. regul 259. ſub tertia ampliatione. Bertaz. conſ. 326. numer. 9. in crim. & quidem placet ſententia Clari quoad pęnam extraordinariam, cum furioſus non dicatur delinquere; ergo nulla venit imponẽda pęna, nec agnoſcit pœnam pro peccato, quod etiam tetigit addens ad dictum conſil. 326. & conſil. etiam 228. *Baiard.*

b *Opin. Bald.*] Adde omnino circam iſtam opinionem Bald. videndum Duen. eadem regul 259. ſub tertia amplatione, vbi eam latè examinat, & pro & contra allegat, & arguit, & tandem concludit ab opin. Bald. non eſſe recedendum, & quinque limitationes vide per Ludouic. Carrer in practic. crim. §. homicidiũ 6. poſt numer. 15. qui numer. ſequent. plenè relatiue ponit qualiter probaretur furor, & numer. 17. an valeat furioſi confeſſio, & numer. 18 quid in habente dilucida interualla: an præſumatur deliquiſſe tempore ſanæ mentis: an uero tempore furoris numer. 19 an dementia excuſet. & nume. 20. an inſania *Giach.*

Opinio Baldi.] Farin. ubi ſupra num. 22. & 23. *Roſ.*

c *Habetur etiam pro confitente, & conuicto.*] Adde, quæ dixi infra ad q. 61. verſ. ſed hæc, ibi; ſi verò Reus, ſupra q. 44. verſ. dictum eſt *Drogh.*

d *In furioſum.*] Far. d. q. 94 num. 21. *Roſ.*

e *Sed quæro,*) Cartar. execut. ſentent. cap. fin. nume. 424. & Farin. d. q. 94. num. 18. *Roſ.*

Sed quæro, quid ſi iſte.)
33 Adde, quòd † ſi furibundus poſt commiſſum delictum ad ſanam mentem peruenerit, aliquali pęna afficitur. capit. ſi quis ſaniens. 15. quæſt. 1. ſol. par. 6. num. 46. Hanc partem tenuit Luc. de Pen. in l. ſi apparitor, column. ultima, C. de cohort. & princ. cornic. lib. 12. contrarium tamen tenere Dec. in l. in negotijs, ff. de reg. iur. & Tiraq. de pęn. temper. cauſ. 2. numer. 8. & 9. quæ ſententia quidē videtur iuſtior, & probabilior, uide tamé Carrer. in pract. §. homic. 6. nume. 15. cum ſeq. vbi limitat. quinque modis.
34 Item adde † etiam, quòd ſi aliquis ſua ſponte in furorem incidit, vt quia aliquid comedit, quod ſciebat hominem in furorem uertere, tunc nõ excuſatur. Marian. in c. ad audientiam in 3. q. 5. de homic. hanc propoſitionem latè tractat. Tiraquell. in d. 2. cauſ num 5. 6. & 7. vbi adiecit pro vtraq; parte auctoritates, & iura, tamen ipſe nulli adhærendo parti reliquit cogitandum, addens tamen, quod ſi Lapi ſententia probabilior videtur, intelligenda videtur, vt ſi delinquerit, leuius puniatur. *Baiard.*

f *Poſt condemnationẽ effectus ſit furioſus.*] Limita quinque modis, vt per Carrer. vbi ſup. Item adde, atq; uide per eundem §. vltim. numer. 89. *Giach.*

g *Eſt etiam ira breuis furor.*] Diſtingue in hoc melius Iudicio meo, vt per Dec. in leg. quidquid calore num 7. ff de reg. iur. videlicet, quod quædam

niri

dam ſunt, quæ ſortiuntur iuris effectum, vt eſt votum factũ per iracundiam, & tunc ita non nocet; aut non ſortiuntur iuris effectum, & tunc ita nocet; prout eſt in maleficio, nec excuſatur; At quò ad iram, de qua hic dicitur, adde Petracha, parte prima Sonet. 197.

Ira è brieue furore, e chi nol frena,
È furor longo, che'l ſuo poſſeſſore.
Speſſo à vergogna, e tal hor mena à morte.
Drogh.

Et etiam ira.] Vide ſupra in §. Blaſphemia. verſ. excuſari, & Farin. vol. 4. q. 91. *Roſ.*

h *Et poteſt poni exem-*
35 *plum.*] Adde, quòd † blaſphemans in rixa, non tenetur pœna blaſphemiæ, quia delinquens non eſt afficiendus diuerſis pœnis ſed illa tantum, quæ pro delicto finali impoſita eſt: ita tenuit Ceph. in conſil. 104. numer. 5. ſed contrarij tenuerunt Adden. ad Bertaz. in conſil. 205. verſic. tertia eſt illatio, nam Blaſphemia nõ eſt ordinatum crimen ad occiſionem, ſiue ad rixa, & quòd debet puniri pœna extraordinaria, & hãc opinionẽ credo eſſe ueram, cum ſit delictum penitus ſeparatum. *Baia.*

i *Tu vero dic.*] Adde,
36 quòd † homicidium cõmiſſum calore iracundiæ mitius punitur, per Grãmat. uolum. 19. num. 14. & deciſ. 98. Marſ. in prac. crim. §. quoniam col. 14. cum ſequent. & Abb. in capitul. ſi rixati extra de iniur. quod intelligendũ eſt, quando cauſa furoris habet initium à iuſta defenſione, & tunc non præſumitur pro toto, ſed pro tanto. Aret. conſil. 80. & 84. Grammat. deciſ. 5. Aduerte tamen, quòd ad hoc vt calor iracundiæ excuſet, & mitius puniatur, debet probari, quod talis fuerit iracundia, quæ ipſum delinquentem à mente alienauit, alias nullam haberet excuſationem, ſed pœna ordinaria punietur. Abb. in cap. 1. extra de his qui fil. occid. & cap. dudum de conuerſ. coniugator. & Dec. in l. quidquid calore numer. 2. vbi dicit, difficile eſſe probare talem iracundiam: intellige etiam, quando factum eſt incontinenti, vt tunc calor iracundiæ excuſet, vt late per Boer. deciſ. 168. Et etiam diligenter inquirendum, ſi furor iracundiæ fuerit diſſimulatus, nec ne l. diuus ff. de offic. præſid. & ſi conſtaret de delicto, & dubitaretur propter probationes, ſiue coniecturas hinc inde exiſtentes, an appenſatè, an calore iracundiæ, licet in his, quæ pendent ex animo, ſtetur iuramento partis, hoc tamen non procedit, ſi habet præſumptionem contra ſe, vt in homicidio, ſecundum Marſil. conſil. 7. ex indicijs poterit deueniri ad torturam, vt confiteatur, ſi calore iracundiæ, vel appenſatè commiſerit homicidium. Marſil. in leg. repetit. numer. 17. ff. de quæſtion. & quando dicatur calore iracundiæ, uide etiam Tiraquel. de pœnis temper. cauſ. 1. numero primo, 14. 15. & 16. cum pluribus ſeqq. vbi fere tota in illa cauſa non tractatur, niſi de hac regula, & numer. 25. dicit confeſſionem iudicialem calore iracundiæ factum non ualere 26. iuramentum calore iracundiæ factum non ligare 27. votum emiſſum non tenere 28. electionem tali calore factam irritam eſſe 29. acceptionem beneficij eodem modo facta non reddere primum vacans 30. & profeſſionem ira factam non ligare, vbi ad hanc regulam poſuit multas ampliationes, & Petr. à Duenn. regul. 292. & Carrer. in practic. crim. §. homicidium 6. numer. 271. & ſequent. vbi ponit. infra quantum tempus poteſt declarari factum calore iracundiæ. *Baiard. Guiot.*

niri debet.[h] *Et poſt poni exemplum in eo, qui calore iracundiæ blaſphemauit: eſt enim mitius puniendus ſecundum Abb. Antiquum in cap. 2. de maled. quem Doctores ſequuntur, vt dicit Grammat. ſuper conſtit. regni, fol. 113. numer. 5. Tu vero dic, quòd aut ira prouenit*[k] *ex iuſta cauſa: & tunc non excuſatur in totum, ſed vt in delinquens mitius puniatur, vt in viro occidente vxorem repertam in adulterio, (vt dixi ſupra hoc eodem lib. § homicidium 3 verſic. ſed quid dicendum.) Aut vero nõ prouenit ex iuſta cauſa: & tunc in nihilo excuſat. Et hæc eſt communis opinio. vt atteſtatur Menchiaca controuerſ. illuſtr. cap. 18. numero vigeſimonono. Reperio tamen quandoque eos, qui etiam ſine iuſta cauſa calore iracundiæ in verbis exceſſerant, puta, contumelias alicui inferendo, fuiſſe mitius punitos. Et refert Afflict. ſuper 3. parte conſtitut. regni, rubr. 54. numer. 5. quòd per curiam Neapolit. fuit abſolutus quidam ruſticus qui faciendo cõputa cum domino iratus dixit quòd Deus non potuiſſet facere, quod eſſet debitor tot operatum. Vide, quæ dixi ſupra hoc eod. lib. §. Iniuria verſic. quero quid.*

9 *Eſt*[l] *& amor furoris ſpecies, teſte Platone in Phædro: qua ratione mitius puniendus videtur, qui propter amorem deli querit: & dicit Chaſſ. ſuper conſuet. Burgun. fol. 39. numero decimotertio, quòd in facti contingentia vidit, quodammodo eſcuſari propter amorem quaudã mulierem, quæ receptauerat res furatas ab amaſio ſuo.*

Fuit[m] *etiam in facti contingentia abſolutus quidam, qui fecerat ſortilegia*[n] *propter amorem: de quo dixi ſupra hoc eodem libro §. Hæreſis, verſicul. Succeſſiue quæro. Et ſecundum hanc concluſionem fuit iudicatum per Senatum in caſu cuiuſdam Baptiſtæ Gazani, qui libellum famoſum publicauerat contra quandam puellam, cuius amore captus erat: fuit enim abſolutus 3. Feb. 1554. tanquam quòd ex nimia amoris vehementia non eſſet mentis ſuæ compos. Bene verum eſt, quod habebat remiſſionẽ à parte offenſa: aliàs forte hæc excuſatio illi non profuiſſet. Certe non profuit illis nobilibus Neapolitonis, qui poſuerunt ſcalas ad domum amaſiarum ſuarum, qui iuſſu Viceregis fuerunt decapitati vt per Grammat. deciſ. 36. de quo dixi infra quæſt. 68. verſicul. aſcendens cum ſcalis.*

k *Ex iuſta cauſa.*] Adde, atque fuſius vide per Carrer. in practic. crimin. §. homicid. 6. numer. 171 qui numer. ſeq. ponit infr. quantum tempns poteſt declarari factum calore iracundiæ.

l *Eſt & amor.*] Hunc locum recenſet Menoc. tractat. de arbitr. iudic. caſ. 328 numer. 2. libr. 2. centur. 4. cui adde Crau. eleganter loquentẽ conſ. 205 ſub. numer. 35. text. in auth. quibus mod. nat. effic. legitimi. §. illud quoque, ibi; ſed nihil eſt furore amoris vehemẽtius. *Drogh.*

Et & amor.] Adde, amore captus delinquens qua pœna afficiatur per Iacob. Menoch. de arbitr. iudic. libr. ſecund. centur. quarta, caſ. 328. & inibi etiam lepida enarratione demonſtrat eam meretricem non dici, quæ amoris cauſa ſui copiam fecit. *Giach.*

Eſt & amor.] Adde delinquens præ nimio, ardentiorique amore mitius punitus, vt in hanc rem inuadendo ſcripſit Tiraquell. in ſexto tractat. de pœn. cauſ. 4 per tot. & maximè nume. 3. quod
37 † delinquens amore compulſus arbitrio iudicis puniri debet, Menoch. de arbitr. iudic. caſu 328. numero ſecundo, & in ca-
38 ſu 258. habetur de pœna † eius, qui dedit poculum amatorum, ex quo præter propoſitum mors ſubſequuta eſt. *Baiard.*

m *Fuit etiam.*] Farinac. d 4 uol. q 98. 13. cauſa, num. 77. 80. & 89. cum ſeq. *Roſ.*

n *Propter amorem.*] Quid de eo, qui dedit poculum amatorium, ex quo pręter porpoſitum mors ſubſequuta eſt, qualiter puniatur, uide per Iac. Menoc. trat. de arbitr. iudic. lib. 2. cent 4. caſ. 358. Hodie vero apud ſanctum officium quid: vide, & dic, vt per Locat. iu ſuo iudiciali inquiſitor fol. mihi 321. cap. pocula amatoria. *Giach.*

o *Scalas ad domum Amaſiarum.*] Adde de his ſcalis infra quæſt. 68 verſ. Aſcendens, quęſt. 92. circa ſin. in §. Hæreſis verſic ſucceſſiue; Aym. Crauet conſ. 41. nu. 9 tex. in §. interdum Inſtit. de obl. quæ ex delict. naſcuntur, & in l. ſi. ff de rerum diui. cum ſimil. vt per Menoch. præſumpt. 31. numer. 14. lib. 5. *Drogh.*

Vlterius

p *Vlterius quæro.*] Far. d. 4. vol. q. 94. n. 46. & 47. *Roſ.*

q *Quæ fiunt omittendo.*] Adde ſupta hac eadem in princip gl. in l. ſi mora, ff. ſol. mat. Crau. conſ. 300 n. 3. *Drog.*

r *Præterea quæro.*] Far. vbi ſup. q. 93. n. 1. 7. & 12. & n. 16. & 26. tradit quomodo probetur ebrietas; plenè per d. Menoch. caſu 404. & ſeqq. Vulpell. conſ. 23. *Roſ.*

Præterea quæro.] Ad-
39 de, quòd † Pitacus Mitelemenſis vnus ex ſeptem Græciæ ſapientibus dicebat, ebrios, ſi delinquerent maiori pœna fore damnãdos, quàm ſi ſobrij fuiſſet quia in eorum poteſtate erat, ebrios non eſſe, & Bald. in l. 1. C. vnde vi, fatetur, ebrium eſſe in duplici pęna, ebrietatis videlicet, & criminis puniendum. in hac materia vide Blanc. in practic. crimin. in cap. ebrius, Menoch. de arbitrar. caſu 326. & Tiraquell. de pęn. temperan. cauſa 6. vbi numer. 10. declarat non eſſe parcendum ebrio, qui de induſtria, & dolo malo ſe inebriauerit, & in ea ebrietate aliquod facinus perpetrauerit, & n. 11. quãdo ebrietas eſt leuis, quia in his caſibus, nec delictũ nec pęna attenuatur; & quomodo probetur ebrie-
40 tas, † plenè per Lucã de Penn. in l. repetita, num. 7. libr. 12. & Maſcard. in tract. de probation concl. 478.

Item adde, quod teſtibus dicentibus aliquem eſſe ebrium, non creditur, niſi applicent ratione ſufficientes. Specul. in titul. de teſtib. §. 7. numero vigeſimoſeptim. & Capyc. deciſ. 159. numero 36. Et in hac materia ebrietatis vide Ancharan. quæſt. 12. ubi plenè, & ibi in ſpecie
41 habetur de quodam † ebrio, cui ſal fuit poſitum in uino & commiſit homicidium.

42 Item adde, † quod Imperator Carolus V. ſuis edictis iuſſit, pęnam ebrijs non eſſe minuendam ſed quod punirentur de ebrietate, & de delicto: & hoc fuit in Hiſpania, prout refert Iodochus in practic. criminal. capit. 84. numero uigeſimo, ¶ hęc fuit ſententia Pitaci, de qua ſupra, tamen improbauit Bald. in l. 1. in repet. col. penult. verſic. extra quæro, C. vnde vi. Tiraq. d. 6. cauſ. n. 6 Vidi quandoque à Ducibus Ferrariæ condemnari ebrios per aliquod tempus ad carceres, & vt illo tempore aquam tãtum biberent. *Baiard.*

20 *Vlterius*[p] *quæro, an ſicut furioſus, ita etiam prodigus in delictis excuſẽtur. Reſpond. quod non, ſed punitur ſicut quilibet alius. Ita tenet Bartol. in l. is cui bonis, num. 6. ff. de verborum obligatione, & eſt commun. op. vt atteſtatur Cagnol. in d. l. furioſi, numer. 13. ff. de regul. iur. Plaza in d. cap. 29. poſt num. 1. verſic. quibus ſi perpenſis. Licèt enim prodigus in adminiſtratione bonorum non reputetur integri ſenſus, & ideo contrahendo non obligetur in ceteris; tamen vtique habetur pro homine ſanæ mentis: merito delinquẽdo proculdubio obligatur. Et eſt commuis opin. vt dicunt ſcribentes in d. l. is cui bonis, & in ſpecie Iaſ. num. 17. & Ripa num. 53. quidquid dixerit gloſ. in l. ſi quis in tantam, in gl. magna, verſ. 6. de furioſo, C. vnde vi, quæ ab omnibus Doctoribus reprobatur, vt dicit Angel. in d. l. is cui bonis, num. 7. & in l. Fulcinius, §. adeo autem, num. 3. ff. ex quibus cauſis in poſſ. eatur, quem refert Auguſt. ad Angel. de malef. in verbo, Scienter, & doloſè, poſt num. 16. & Butigel. in d l. is cui bonis, num. 34. Et ideo tenendum eſt, quod prodigus delinquens punitur tam pęna pecuniaria, quàm corporali: aliter dicere eßet ridiculam, quod ſcilicet excuſaretur à pecuniaria, quæ eſt minor, & puniretur corporali, quæ eſt maior. Hæc tamen omnia intellige, vt procedant in delictis, quæ fiunt committendo: nam in ijs,*[q] *quæ fiunt omittendo, omnes ferè conſentiunt, quod prodigus excuſetur.*

11 *Præterea*[r] *quæro, nunquid committens delictum tẽpore, quo*[ſ] *eſt ebrius, debeat excuſari prætextu ebrietatis. Reſpondeo, quod excuſatur à dolo, ſed non à culpa: & ideo puniendus eſt non pęna ordinaria delicti, ſed extraordinaria. Et ita tenent cõmuni conſenſu Doctor. vt ait Plaza libro primo delictorum, cap. 30. numero primo. Hanc etiam opin. communem appellat Menchiaca controuerſ. illuſtr. cap. 96. poſt numerum 13. Ceterum, ſi ſine culpa fuiſſet factus ebrius, puta, quia ſocij, ipſo inſcio, ſal in vinum conieciſſent, tunc crederem ipſum eſſe a culpa, & à dolo prorſus excuſandum. Vidi ego pleroſque imputatos pro varijs delictis nõ potuiſſe prætextu ebrietatis impunitos euadere: & in ſpecie Chriſtophorus de Prinis pro blaſphemia fuit affectus vno ictu funis publicè, 5. Septembris 1556. P. N. & Ludouicus de Papia duobus, 12. menſis Auguſti 1556. P. N. & alij plerique. Semper tamen ille, qui ebrietatis calore blaſphemauit, mitius eſt puniendus ſecundum Abbat. Antiquum in cap. 2 de maled. quem ſequuntur communiter Doctores, teſte Grammatic. ſuper conſtit. Regni, fol. 113. num. 6.*

12 *Quæro etiam, Pone. quod aliquis*[t] *dormiẽdo delinquat, puta hominem interficiat, vel huiuſmodi, nunquid erit excuſandus? Reſpond. quod ſic; non enim erat tempore delicti compos mentis; ideo de eo tanquam de furioſo videtur iudicandum. Hoc tamen intellige, vt procedat, quando alias ei dormienti talia euenire ſolent: ſed ſi aliquando id ei contingere ſoleret, vt ſcilicet à lecto ſurgeret, & enſem euaginaret, vel ſimilia faceret, vt de multis audiui, tunc ſi ipſe non præcauiſſet claudendo oſtium, diceretur eſſe in culpa: & ideo deberet pęna extraordinaria*

ſ *Eſt ebrius.*] Adde, quod ebrius etiam ſua culpa factus non eſt pœna mortis naturalis puniendus, tex. in l. omne delictum, §. fin. ff. de re milit. dum ibi dicitur, per vinum, & laſciuiam lapſis pœnam eſſe remittendam: & eſt communis opin. ſecundum ea, quę voluit Bart. in l. reſpiciendum, §. delinquunt, numero 3. ff. de pœn. cui adſtipulatur Bald in l. data opera, numero 6. C. de ijs, qui accuſ. non poſſ. Vide Tiraquell. in tract. de pęnis temperan. conſil. 6. Quinimò apud Bruſon. Conturſin. libr. 1. cap. 16. legimus Pyſiſtratum Athenienſium Tyrannum, cũ in eius crudelitatem ebrius conuitia multa dixiſſet ſtimulatus ab amicis, ut hominem tam impudentem occidi iuberet, dixiſſe, non magis ſe illi ſuccenſere, quàm ſi quis obligatis oculis in ſe occurriſſet. *Guiot.*

Eſt ebrius.] Vide plenius per Iac. Menoch. de arbitr. iud. cent. 4. caſ. 326. ubi extenſiones habes, atque declarationes, & per Duen. ſub præallegat. reg. 259. uerſic. amplia quarto & per Ludouicum Carrer. in practica criminali, §. homicidium ſexto, numero uigeſimoſecundo, & uigeſimotertio, & numero uigeſimoquarto, qualiter puniatur clericus ebrius delinquens. *Giach.*

t *Dormiendo deliquit.*] Adde ſumptum hoc à Tiraquel. tractat. de pęn. leg. temper. uel remitt. cauſa 5. *Drogh.*

Dormiendo.] Adde dormientis delictum qua plectatur pęna fuſius per Iacob. Menoch. de arbitrar. Iudic. lib. 2. caſ. 327. ubi etiam, & quid in eos ſanciendum eſſe dixerit Plato in ſuis legibus. Idẽ uide per Ludouicum Carrer. in practica criminali, §. homicidium ſexto, nu. 25. pagin. mihi tricenteſima ſexageſima octaua. *Giach.*

Dormiendo.) Farinac. quæſtione 98. cauſa duodecima, numero 72. & 73. *Roſ.*

Dormiendo.) Adde ui-
43 dendum † Menochium de arbitrar. caſu 327. & ibi numero ſeptimo dicit, quod ſi dormiens deliquerit, & poſtea uigilando ratum habuerit, pęna ordinaria puniri debet. Multa in hoc caſu ſcripſit Tiraquel. de pęn. cauſa quinta, per totam cauſam, vbi maximè numero decimo ponit, quando dormiens teneatur de culpa. *Baiard.*

 Quæro